Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones CXXIIII - Cod. Aug. perg. 47

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo LXII

urn:nbn:de:bsz:31-64194

Visual Library

eius modi usq. in tertium caelum. quocirca quod etiam hic beatus euangelista non ait. Erat recumbens in sinu ihu. sed ait. erat recumbens unus ex discipulis. nostrorum auctorum consuetudinem agnoscamus potius quam miremur. quid enim deperit ueritati. quando et res ipsa dicitur. et modo quodam dicendi iactantia deuitatur. hoc quippe narrabat. quod ad eius laudem maximam pertinebat. Quid est autem quem diligebat ihs. quasi alios non diligeret. De quibus idem ipse iohannes superius ait. in finem dilexit eos. et ipse dns. maiorem hac caritatem nemo habet quam ut animam suam ponat pro amicis suis. et quis enumeret omnia diuinarum testimonia paginarum. quibus dns ihs non illius neq. eorum quae tunc erant tantum sed etiam post futurorum membrorū suorum et totius ecclesiae suae dilector ostenditur. Sed profecto latet hic aliquid et pertinet ad sinum in quo recumbebat qui ista dicebat. per sinum quippe significatur quid aliud quam secretum. sed alius est opportunior locus. ubi nobis dns aliquid donet de hoc secreto quantum sufficit dicere. Innuit ergo simon petrus et dicit ei. Notanda locutio est dici aliquid non sonando. sed tantummodo innuendo. Innuit inquit et dicit. utiq. innuendo dicit. Si enim cogitando aliquid dicitur. sicut scriptura loquitur. Dixerunt apud semet ipsos. quanto magis innuendo. ubi iam foras qualibuscumq. signis promitur quod fuerat corde conceptum. quid ergo dixit innuendo. quid nisi quod sequitur. Quis est de quo dicit. haec uerba petrus innuit. quia non sono uocis. sed motu corporis dixit. itaq. cum recubuisset ille supra pectus ihu. hic est utiq. pectoris sinus sapientiae secretū. Dicit ei. Dne quis est. Respondit ihs. ille est cui tinctum panem porrexero. et cum tinxisset panem. dedit iudae simonis scariothis. et post panem tunc introiuit in illum satanas. expressus est traditor. nudatae sunt latebrae tenebrarum. Bonum est quod accepit. sed malo suo accepit. quia male bonū malus accepit. uerum de isto pane tincto qui porrectus est ficto et de his quae sequuntur. multa dicenda sunt quibus necessarium est plus temporis quam nunc habemus iam in istius fine sermonis.

INCIPIT SERMO LXII. DE EO QUOD DICIT EI IHS. QUOD FACIS FAC CITIUS USQ. AD ID. CUM ERGO EXISSET DICIT IHS NUNC CLARIFICATUS EST FILIUS HOMINIS.

Scio carissimi moueri posse non nullos siue pios ut requirant. siue impios ut reprehendant. quod postea quam panem tinctum suo traditori dns dedit. intrauerit in illum satanas. sic enim scriptum est. et cum tinxisset panem. dedit iudae simonis scariotis. et post panem tunc introiuit in

illum ſatanaſ. Dicunt enim; itane hoc meruit panis xpi porrectus de
menſa xpi. ut poſt illum intrar& in eius diſcipulum ſatanaſ. Quibus reſ
pondemus; hinc nos potius doceri. quam ſit cauendum male accipere bonū.
multum quippe inter eſt. non quid accipiat ſed quis accipiat. nec quale ſit
quod datur. ſed qualis ſit ipſe cui datur; nam & bona obſunt. & mala proſunt.
ſicut fuerint quibus dantur; peccatum inquit apoſtolus. ut appareat pec
catum. per bonum mihi operatum eſt mortem; ecce per bonum factum ē
malum. dum male accipitur bonum. Itemq. ipſe ait; In magnitudine re
uelationum mearum ne extollar. Datus eſt mihi ſtimulus carnis meae an
gelus ſatanae qui me colafiz&; propter quod ter dnm rogaui ut auferr&
eum a me & dixit mihi; ſufficit tibi gratia mea. nam uirtus in infirmitate
perficitur. Ecce per malum factum eſt bonum. dum bene accipitur malū,
Quid ergo miraris ſi datus eſt iudae panis xpi. per quem mancipar&ur
diabolo. cum uideas e contrario datum paulo angelum diaboli. per quem
perficer&ur in xpo. Ita & malo bonum obfuit. & bono malum profuit.
Recordamini unde ſit ſcriptum. Quicumq. manducauerit panem. aut
biberit calicem dni indigne. reus erit corporis & ſanguinis dni. & de his
erat ſermo cum hoc apoſtolus dicer&. qui dni corpus uelut alium quem
lib& cibum indiſcr&e neglegenterq. ſumebant; hic ergo ſi corripitur
qui non diiudicat. hoc eſt non diſcernit a ceteris cibis dominicum corpus,
quomodo damnatur qui ad eius menſam fingens amicum accedit inimicus.
Si reprehenſione tangitur neglegentia conuiuantis. qua poena percu
titur uenditor inuitantis. Quid erat autem panis traditori datus. niſi de
monſtratio cui gratiae fuiſſ& ingratus. Intrauit ergo poſt hunc panem
ſatanas in dni traditorem. ut ſibi iam traditum plenius poſſider&. in quē
prius intrauerat ut deciper&; Neq. enim non in illo erat quando ad iude
os perrexit & de pretio tradendi dni pactus eſt. Cum haec apertiſſime
lucas euangeliſta teſt&ur & dicat. Intrauit autem ſatanas in iudam qui
cognominabatur ſcarioth unum de duodecim & abiit & loquutus eſt cū
principibus ſacerdotum; ecce ubi oſtenditur quod iam intrauerat ſata
nas in iudam. Prius ergo intrauerat inmittendo in cor eius cogitatio
nem qua trader& xpm. Talis enim iam uenerat ad cenandum; nunc au
tem poſt panem intrauit in eum. Non ut adhoc alienum temptar&.
ſed ut proprium poſſider&; non autem ut putant quidam neglegent
legentes. tunc iudas xpi corpus accepit; Intellegendum eſt enim. qđ
iam omnibus eis diſtribuerat dns ſacramentum corporis & ſanguinis ſui
ubi & ipſe iudas erat. ſicut ſcs lucas euidentiſſime narrat; ac deinde ad

hoc uentum est. ubi secundum narrationem iohannis apertissime dn̄s
per buccellam tinctam atq. porrectam suum exprimit traditorem. for
tassis per panis tinctionem illius significans fictionem; non enim
omnia quae tinguntur abluuntur. sed ut inficiantur nonnulla tingun
tur. Si autem bonum aliquid hic significat tinctio. eidem bono ingratū
non inmerito est secuta damnatio. Adhuc tamen iudae possesso non a
dn̄o sed a diabolo. cum homini ingrato intrass& panis in uentrem. hostis
in mentem. adhuc inquam tanti mali iam corde concepti plenus restabat
effectus. cuius iam praecesserat damnandus affectus. Itaq. cum dn̄s panis
uiuus panem mortuo tradidiss&. & panem tradendo panis traditorem
ostendiss&. Quod facis inquit facitius. Non praecepit facinus. sed prae
dixit iudae malum. nobis bonum. Quid enim iudae peius. & quid nobis
melius quam traditus xp̄s ab illo aduersus illum. pro nobis pra&er illum;
quod facis fac citius. O uerbum libentius parati quam irati; O uerbum
non tam poenam exprimens proditoris. quam mercedem significans
redemtoris. Dixit enim. quod facis fac citius. non tam in perniciem per
fidi saeuiendo. quam ad salutem fidelium festinando. quia traditus est
propter delicta nostra. & dilexit ecclesiam. & seipsum tradidit pro ea;
unde & de se ipso dicit apostolus; qui me dilexit & tradidit seipsum pro
me; nisi ergo se trader& xp̄s. nemo trader& xp̄m. quid hab& iudas. nisi
peccatum neq. enim in tradendo xp̄o salutem nostram cogitauit. prop
ter quam est traditus xp̄s. sed cogitauit pecuniae lucrum. & inuenit ani
mae d&rimentum; Accepit mercedem quam uoluit. sed nolenti est data
quam meruit; tradidit iudas xp̄m. tradidit xp̄s seipsum. ille agebat
negotium suae uenditionis. iste nostrae redemptionis; quod facis fac
citius. non quia tu potes. sed quia hoc uult qui totum potest. Hoc autem
nemo sciuit discumbentium. ad quid dixerit ei; quidam enim putabant.
quia loculos habebat iudas. quia dicit ei ihs̄. eme ea quae opus sunt nobis
ad diem festum. aut egenis aliquid dar&. Habebat ergo & dn̄s loculos.
& a fidelibus oblata conseruans. & suorum necessitatibus & aliis indigenti
bus tribuebat; tunc primum ecclesiasticae pecuniae forma est institu
ta. ubi intellegeremus quod praecepit non cogitandum esse de crastino.
non ad hoc fuisse praeceptum ut nihil pecuniae seru&ur a sc̄is. sed ne dō
propter ista seruiatur. & propter inopiae timorem iustitia deseratur; nā
& apostolus in posterum prouidens ait. Si quis fidelis hab& uiduas. suf
ficienter tribuat eis. ut non grau&ur ecclesia. quo ueris uiduis sufficere
possit. Cum ergo accepiss& buccellam. exiit continuo; erat autē nox;

& ipſe qui exiit erat nox. Cum ergo exiſſ& nox. ait ihs; Nunc clarifica
tus eſt filius hominis. Dies ergo diei eructuauit uerbum. id eſt xps diſci
pulis fidelibus. ut audirent eum. & amarent ſequendo. & nox nocti adnun
tiauit ſcientiam. id eſt iudas iudaeis infidelibus. ut uenirent ad eum & ad
prehenderent perſequendo; Sed iam hinc in ſermone dni qui eſt factus ad
pios antequam tener&ur ab impiis. intentior flagitatur auditor. & ideo eũ
praecipitare non deb&. ſed differre potius diſputator,

INCIPIT SERMO LXIII. DE EO QUOD DICIT ET DS CLARIFICATUS EST IN EO; SI DS CLARIFICATUS EST IN EO ET DS CLARIFICAUIT EUM IN SEMETIPSO ET CONTINUO CLARIFICAUIT EUM.

Intendamus mentis obtutum & adiuuante dno dm requiramus; Diuini
cantici uox eſt; Quaerite dnm & uiu& anima ueſtra; Quaeramus inue
niendum. quaeramus inuentum; Ut inueniendus quaeratur. occultus ẽ.
ut inuentus quaeratur. inmenſus eſt; Unde alibi dicitur; Quaerite faciem
eius ſemper; ſatiat enim quaerentem inquantum capit. & inuenientem
capatiorem facit. ut rurſus quaerat impleſe ubi plus capere coeperit; Non
ergo ita dictum eſt quaerite faciem eius ſemper. quem admodum de qui
buſdam. Semper diſcentes & ad ueritatis ſcientiam numquam peruenien
tes. ſed potius ſicut ille ait. Cum conſummauerit homo tunc incipit. donec
ad illam uitam ueniamus. ubi ſic impleamur ut capaciores non efficiamur.
quia ita perfecti erimus. ut iam non proficiamus; Tunc enim oſtend&ur no
bis. quod ſufficit nobis. hic autem ſemper quaeramus & fructus inuentionis
non ſit finis inquiſitionis; Neq. enim propterea non ſemper. quia hic tantũ.
ſed ideo hic ſemper dicimus eſſe quaerendum. ne aliquando hic putemus
ab inquiſitione ceſſandum; Nam & de quibus dictum eſt; Semper diſcentes
& ad ueritatis ſcientiam numquam peruenientes; Hi ſunt utiq. ſemper diſ
centes. cum uero de hac uita exierint. iam non erunt diſcentes. ſed erroris
ſui mercedem recipientes; Sic enim dictum eſt. Semper diſcentes & ad
ueritatis ſcientiam numquam peruenientes. tamquam dicer&ur. ſemper
ambulantes & ad uiam numquam peruenientes; Nos autem ſemper ambule
mus in uia donec eo ueniamus quo ducit uia; Nuſquam in ea remaneamus. do
nec perducat. ubi maneamus. Atq. ita & quaerendo tendimus & inuenien
do ad aliquid peruenimus. & ad id quod reſtat quaerendo & inueniendo
tranſimus quouſq. ibi fiat finis quaerendi. ubi perfectioni non ſup eſt
intentio proficiendi; Haec praelocutio dilectiſſimi intentam ueſtram
fecerit caritatem ad iſtum dni ſermonem. quem ad diſcipulos habuit an
te paſſionem; profundus eſt enim. & utiq. ubi multum laboraturus eſt